# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Christianus a
### cum uariis

Ille uere Christianus est qui omnibus misericordiam facit, qui nulla omnino mouetur iniuria, qui alienum dolorem tanquam proprium sentit, cuius mensam nullus pauper ignorat, qui coram hominibus inglorius habetur ut coram Deo et angelis glorietur, qui terrena contempnit ut possit habere celestia, qui opprimi pauperem se presente non patitur, qui miseris subuenit, qui ad fletum fletibus prouocatur alienis quod benefaciebat Paulus: Quis infirmatur et ego non infirmor?

Augustinus libro de uita Christiana.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

uere] uero M; mouetur] morietur M; opprimi] opprimit (*cor. intra*) C; qui] quid $L^2$; ad fletum] adflictum M; prouocatur] prouocauit M; libro *om.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$